

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

15. Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**



# ANTIDOTA APOSTOLICA in Acta Apostolorum.

## CAPVT PRIMVM.

15. Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit.

**P**ECTISSIME obseruat  
B. Chrysostomus hoc lo-  
co, textusque ipse demon-  
strat, pascendi curam atque  
primatum Petro à Christo  
commisum, in ipso statim  
exordio à Petro agnitu, & executioni man-  
datum fuisse: sed cum ea moderatione qua  
Petri etiam successores in causis difficiliori-  
bus uti solent. *Quim (inquit) agnoscit creditū*  
*à Christo gregem! Quām in hoc Apostolorum &*  
*discipulorum choro princeps est, & ubique primus om-*  
*nium incipit loqui!* Et pau' o pōt, vt quam  
moderationem tenuerit aduertas: *Iam (in-*  
*quit) & illud considera, quām Petrus agit omnia*  
*ex communi discipulorum sententia, nihil authorita-*  
*tes sua, nihil cum imperio. Nempe idcirco in me-*  
A. dio fra-

Petri pri-  
matus.  
Hom. 3. in  
Acta.

dio fratum rem proponit, & ut ipsi certos  
eligant in sortem mittendos permittit. Sed  
ne hoc totum Petri authoritati praejudicet  
aliquid, vide quid S. Chrysostomus adiungat.  
*Quid? An non licebat illi eligere qui in Iudea locum  
succederet? Licebat, & quidem maxime: verum id  
non facit, ne cui videretur gratificari. Sed & paulo  
post: Vide vero Iacobi modestiam. Accepit ille  
Hierosolymis Episcopi munus, & tamen hic nihil  
loquitur. Considera autem & aliorum discipulorum  
modestiam, quo pacto concedunt ei solum, nec am-  
plius ambigunt disceptantes inter se, videlicet quis eo-  
rum videretur esse maior. Merito primus omnium  
authoritatem usurpat in negocio, ut qui omnes ha-  
beat in manu. Ad hunc enim dixit Christus: Ettu  
conuersus confirmata fratres tuos. Hac Chrysostomus.  
Frustra igitur Beza citatum hunc locum  
ab Augustino periculosi erroris notauit.*

*Quum enim pro eo quod nostra lectio ha-  
bet, Statuerunt autem duos, &c. August. hunc to-  
tum locum recitans legat, Statuit, ait Beza:  
lib. i. c. 4. Interpretatur Augustinus singulari numero, Statuit,  
periculo errore. Nihil enim hic priuatum a Petro  
geritur quasi excellentiori dignitate praedito, sed pu-  
blice, & tovius collegij suffragijs. Hac ille. Sed  
saniorem interpretationem habemus Chrysostomum,  
qui non ut pericolosum errorem, sed  
ut certam & salubrem veritatē Christi ver-  
bis conformem, Petri hoc loco excellentio-  
rem ceteris dignitatem luculenter docuit.  
Vox illa certae authoritatis erat: Oportet ex  
his viris,*